

CAPVT III.

Circa obligationem Vicarij generalis eligendi qualiter Capitulum in conscientia foro teneatur.

deò probabilis ſententia, quæ affirmat appellationem eſſe ad Episcopum interponendam, poterit Gubernator iuxta illam procedere; & ad alium factam non admittere: quod eſt grauamen ſatis ingens, & ita ab Episcopo nequit in ſuo reſeſſu relinquere: id enim eſſet; non iam ſponſi ſed acerbi dominatoris officium. Quidquid præterea de appellatione ſit, receptiſſima doctrina eſt Episcopum adiri poſſe per viam querelæ, de cuius reſeſſu præui conſulendus P. Thomas Sanius Libr. 3. Conſil. Cap. Vnico, Dub. 35. Hic autem abſolute tollitur reſeſſus dicto: ergo nequit, dum recedit, res ita diſponere, vt ſubditi illo careant, ſicut carere necelle eſt Gubernatoris designatione: quia illius potestas non eſt in deſtructionem, ſed in ædificationem.

Episcopus adiri poſteſt per viam querelæ: unde arguitur.

Sola præſentatione quomodo ſtare poſſit vinculum ſpirituale diſſolui.

Licentiam ad eſſe Pontificis in Indijs. Et unde colligatur.

Generali renuntiationis nomine comprehendenda, que in præſenti certantur.

13 Accedit, quod licet generaliter loquendo, per ſolam præſentationem non diſſoluatur vinculum ſpirituale connubij, poſteſt tamen ante connubium cum aliâ ſponſâ celebrandum, prioris renuntiatione diſſolui, iuxta dicta numer. 7. Licet autem vt renuntiatio valeat, ſit licentia Pontificis neceſſaria, iuxta dicta etiam numer. 9. totum id videtur in caſu præſenti contingere. Dum enim recedit Episcopus, & curam omnem Eccleſiæ deponit, renuntiare videtur eidem: nullum enim maius renuntiationis argumentum inueniri poſſe videtur, quàm omnimoda deſertio eius, qui non eſt ampliùs reuerſurus. Quòd autem licentia Pontificis adit, ex iis deducendum, quæ diximus Titulo 13. numer. 45. & 46. Vbi licentiam quidem in ordine ad diſmiſſionem Eccleſiæ admittimus, per quam tamen minimè vinculum connubiale ſoluatur. Id autem tunc accidere credendum eſt, quando Eccleſia diſmiſſa gubernari ab Episcopo poſteſt, diſtantiâ poſitâ competentem: quando autem illa immenſa eſt, id nullatenus eſt credibile: quia ſicut de potestate Episcopi diximus, quæ iuxta Apoſtolum, non eſt in deſtructionem, ſed in ædificationem: ita & de Pontificis eſt potestate iudicandum; vnde & Apoſtolica ſententia ab eisdem in ſacris Canonibus uſurpatur. Quòd ſi renuntiationis nomine non veniat diſmiſſio dicta, venit tamen ſub generalitate illa, de qua Gloſſa adducta numer. 7. verbis illis, Vel alio modo. Neque enim quando condebantur Iura, & Gloſſæ adiciebantur, detectæ Indiæ fuerant: tunc etenim caſus iſte expreſſius poneretur. Et quia contingere poterat, ſub illa oportuit generalitate ſignari. Et quemadmodum circa Episcoporum Conſecrationem nouus eſt pro Indijs modus introductus, quem Iura neſcierunt: ita & circa eorum translationem nouus etiam introduci potuit, in quo Apoſtolica Sedes ſua vitur ampliffimâ potestate, vt in illis ædificentur deſerta ſæculorum, iuxta Iſaiæ vaticinium Cap. 58. verſ. 12. Id eſt, tot retrò ſæculis deſerta, & ſic deſertorum more ſolis horrida ſpelæis infernalium beſtiarum.

14 Dico primò. Attentâ Concilij Tridentini diſpoſitione circa electionem Vicarij ſeſ. 24. Cap. 16. de Reform. non videtur obligare, niſi quando Sedes per mortem Episcopi vacat. Probat ex illius tenore, ibi: Item, Officiale ſeu Vicarium, infra octo dies poſt mortem Episcopi conſtituere, velexiſſentem confirmare omnino teneantur. Eſt ergo diſpoſitio limitata, quæ eo ipſo quod talis limitatum habet effectû, ita eſt communis ſcribentium Doctrina, pro quo Cardinalis Tuſchus Lit. D. verb. Diſpoſitio Concl. 494 Videtur autem in contrarium ſtare ſacra Cardinalium Congregatio in Declaratione quadam 28. April. 159. quæ & adducit Naldus verb. Vicarius num. 8. & ſic habet: Congregatio Concilij cenſuit Capitulum adhibere poſſe amouere Vicarium, alias per ipſum electum & confirmatum: teneque intra octo dies alium conſtituere: alioquin deuolui ius deputandi Vicarium ad Metropolitanum: acſi Eccleſia ipſa Metropolitana fuerit, ad antiquiorem Episcopum. Sic Patres illi, iuxta quorum mentem idem videtur neceſſario faciendum quocumque modo Vicarius deſit, vnde & ad caſum vacantis Sedis per translationem Episcopi ſimilis conſequentia faciendi ob ſimilem rationem, iuxta notoriam regulam de ſimilibus, pro qua præſertim Innocentius Tertius in Cap. Inter Corporalia, de Tranſlat. Episc. de quo aliâ à nobis dictum. Et in terminis caſus, de quo loquimur, terminum octo dierum currere Capitulo etiam à die ſcientiæ translationis, quando tamen à Summo Pontifice fuerit Episcopus abſolutus à vinculo prioris Eccleſiæ, deſiſum refert Stephanus Quaranta verb. Capitulum Sede vacante. 5. Duodecimò quæro. V. Terminum. Et ex eo Dom. Barboſa Allegat. 54. num. 164. Et abſolute Diana Parte 8. Traçt. 4. Reſolut. 55. 5. Terminus. Videtur autem circa alia ibidem diſpoſita idem afferendum, ſi talia ſint, vt grauis pro illis, generaliter loquendo, diſpoſitio debeat æſtimari. Vbi ergo Declaratio talis ſub teſtimonio eſt authentico præſentata, omnino ſeruanda eſt, ſi & ipſa ſit vſu recepta: vbi autem ſecus accidit, id dici poſteſt, quod de ſimilibus Dom. Solorzanus Lib. 3. Cap. 13. num. 45. & in Politica Lib. 4. Cap. 13. pag. 607. 5. Yunque ſcilicet non videri tanti ponderis vt Concilij diſpoſitionem vincant de electione poſt mortem locuti, etſi aliud voluiſſet. Negandum tamen non eſt Capitulum non ritè facturum, ſi electionem intra terminum dictum non perficiat, dum nullum occurrit obſtaculum; quia illam periculo annullationis exponit, ſi Metropolitanus eam probare nequeat, aut antiquior Episcopus, ſi Eccleſiæ Metropolitana, aut exemptæ Capitulum ſit, prout à Concilio in eodem Capite diſpoſitum reperitur.

Aſſertio 1. Formam electionis ex Tridentino ſolum poſt mortem Episcopi videri obligare.

Declaratio Cardinalium in contrarium.

Quid circa illam, & alias conſideres.

15 Dico ſecundò. Verba Concilij citata obligationem in conscientia important. Omnino teneantur.

Aſſertio 2. Sub mortis teneantur.

ti ad electionem obligari intra diſſimulatum terminum.

teneantur. Et ita intra prædictum terminum debet Vicarius eligi, vt graue peccatum euitetur. Id videtur competere, quia præceptum eſt manifeſtum, & materia, circa quam verſatur, eſt grauiffima, cuius omiſſio graui animaduſione punitur: dum Capitulum eligendi facultate priuatur, vt cum aliis tenet Diana ſupra Reſolut. 71. quamuis non deſint qui dicant non priuari, vt videri poſteſt apud P. Palaum Parte 2. Traçt. 12. Diſput. 2. Puncto 29. num. 6. Præterquam quòd id non videtur poſſe niſi ex damnabili diſſentione contingere, ex qua item ſcandala ſolita pullulare. Capitulum itaque officio ſuo deſit in re, ex qua adminiſtratio Eccleſiæ maiori ex parte dependet, quod ſine graui culpa eſſe nequit. Et in Indijs quidem id quàm veriffimum oſtenditur, quia ſi electio ad alium ex designatis à Concilio deuoluenda ſit, magnæ in eo ſunt faciendæ moræ propter diſtantiâ, quæ etiam in cauſa eſſe poterit, vt in electione erretur; nimis enim diſtantiâ diſſicilè agnoſci poſſunt: quod ſicut in ſenſu, ita & in intellectu vſuenerire paſſim deprehendimus, dum errorem experientia reddit cum dolore perſpectum. Ad hæc, cum gubernatio apud Capitulum plenè reſideat, dum Vicarius non eligitur: & vt non eligatur Capitulum in cauſa ſit obſtinata contentio, eâ quidem perſiſtente, gubernatio eſſe congrua nequit, perturbatus enim animus, iuxta celebre ſapientis eſſatum, non eſt aptus ad exequendum munus ſuum: & multorum perturbatio nihil dare concinnum poterit, ſicut neque cithara, in qua chordæ diſcordantur. Pro quo multa apud Scriptores ſacratioris litteraturæ & politioris occurrunt. Ego pro caſu noſtro illud expendo, quod ex Lateranenſi Concilio habeatur in Cap. Cum in cunctis, quod eſt primum de iis, quæ ſunt à maiori parte Capituli: ſic enim ibi Præualeat ſemper, & ſuum conſequatur effectum, quod à maiori & ſaniori parte Capituli fuerit conſtitutum. Supponit ergo Concilium ſanum futurum eſſe Capitulum, quòd in iis, quæ diſponit, maiorem & ſaniorum partem agnoſcit: ſaniorum enim dicens, ſanam item partem aliam proſequetur. Si ergo non ſanum, ſed vulnera diſcordiæ præ ſe ferens illud ſit, non erit ab eo conueniens aliquid expectare, neque ſanitas inde populi deſiderata procedet: cum ſit illud ex D. Leone noſtiſſimum, & in Iurè vulgatum, quod vitæ Reſtorum eſt ſanitas populorum.

Cap. Cum in cunctis, de iis quæ ſunt etc.

Aſſertio 3. Et ad electionem eligendum.

Qualis doctrina ſuppelleſt in Episcopo requiratur, & conſequenter in Vicario.

Cap. Niſi cum primum, de Renuntiat.

16 Dico tertio. Capitulum debet ſub reatu culpæ lethalis Vicarium doctum eligere, ſi inueniri talis poſſit. De abſoluta obligatione conſtat: quia Vicarius eſt veluti Episcopus, dum Episcopalis vacat Sedes, cum in eo iurisdictione reſideat, & ita iudex in cauſis totius diocæſis futurus: atqui Episcopum eſſe doctum debere ſacri Canones clamant, pro quo præſertim Cap. Inter cetera, de Officio iudicis Ordini. Sed quod habeatur in Cap. Niſi cum pridem, de Renuntiatione, magnum habet momentum, & pro Vicario apprimè facit: ſic enim ibi: Pro deſectu quoque ſcientiæ plerumque poſteſt petere ceſſionem: quia cum ipſa circa ſpiritualem adminiſtrationem ſit poſiſſimum neceſſaria, & circa curam temporalium opportuna; Præſul, qui commiſſam ſibi debet Eccleſiam regere in virisque, ſalubriter ei renuntiat, ſi ſcientiam, in qua ipſam regat, ignorat. Tu enim (inquit Dominus. Oſe 4. v. 6.)

ſcientiam repuliſti: & ego te repellam, ne Sacerdotio fungaris mihi. Hæc Innocentius Tertius, in quibus præbatio Aſſertionis elucet: Vicario ſiquidem ſpiritualem cura, atque etiam temporalium, toto ambitu diocæſis incumbit, pro quibus ſcientia neceſſaria eſt, vnde qui competentem caret, omnino eſt ad officium ineptus, & proinde etiam grauius peccant talem ad illud eligentes. Quod adeò videtur perſpicuum, vt abſurdum videatur illud in dubium reuocare. Peccaret quidem grauius Capitulum, ſi pro temporali adminiſtratione rei alicuius ad Eccleſiam pertinentis Oeconomum ineptum adhiberet, ſicut & pro quolibet alio in ipſâ miniſterio: ergo multò magis Vicarium eligens ſcientiâ ad rectam functionem ſui muneris deſtitutum: quandoquidem omnium illud eſt officiorum maximum, quorum prouifiõ ad ipſum poſteſt pertinere. Quòd autem eminentia ſcientiæ neceſſaria non ſit, citato in Capite de Renuntiatione eleganter declarat Pontifex, ſic locutus: quamquam deſideranda ſit eminentis ſcientiæ in Paſtore; in eo tamen ſit competens toleranda: quia ſecundum Apoſtolum (1. Cor. 8. v. 1.) ſcientia inſtat; charitas autem adificat: & idè imperſectum ſcientiæ poſteſt ſupplere perfectio charitatis. Sic ille: qui competentem cum ſit in Episcopo ſcientiâ contentus, quando perfectio charitatis adeſt, imperſectionem eius ſuppletura, idem credendus eſt in Vicario requirere: de Episcopo enim ad Vicarium bene arguitur in huiusmodi requiſitis. Et ita cum dubium eſſet an quod de Vicario Cathedralis Eccleſiæ à Tridentino diſponitur, extendi etiam ad Collegiatam, deſuncto eius Præſato, deberet, Congregatio die 12. Septembris 1585. cenſuit negatiuè: quia ſi non eſt neceſſe, vt hic Præſatus mortuus ſit Doctor: ergo neque Vicarius eius. Sic habetur in Declarationibus circa citatum Caput.

Non eminentem, ſed competentem neceſſariam.

Declaratio Congreg.

17 Dico quarto. Quod Concilium Tridentinum ſtatuit circa Gradum in Iure Canonico, vt ſcilicet Vicarius ſit Doctor, aut Licentiatuſ in illo, obligat ceteris paribus in conscientia, & obligatio videtur eſſe grauis. Sic colligitur ex multis Doctoribus, quos adducit Dom. Solorzanus Cap. 13. citato num. 38. & præterea ex P. Bauny Tomo 1. Traçt. 11. Quæſt. 21. 5. Eligis etiam P. Fragoſo Tomo 2. pag. 684. numer. 30. P. Palaum Tomo 2. Traçt. 13. Diſputat. 2. Puncto 29. num. 4. P. Azor Tomo 2. Lib. 3. Cap. 23. in fine, vbi Concilij declarationem ſimpliciter proponit. Vnde mirari iuuat quomodo eum Dom. Solorzanus ſupra num. 42. pro ea ſententia referat, quæ & aliorum eſt, aſſertentium formam à Concilio propoſitam, quoad qualitatem dictam parum in Eccleſiis Hiſpaniæ ſeruari; cum nihil tale apud illum reperiat. Sicut neque apud Sayrum in Floribus Deſiſionum Lib. 1. Titulo 16. Deſiſione 2. Vbi ita ſcribit: Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante conſtituendus, Doctor eſſe debet. vel Licentiatu� in Iure Canonico, vel alias quantum fieri poterit idoneus. Et cum Vicarius Episcopi idoneus eſſe debeat ad id, in quo vices eius gerit, & conſtitui ſolet, ferè ad omnia, quæ geſturus eſt Episcopus; non ſatisfacit Episcopus numeri ſuo, niſi idoneum conſtituat; ſed peccat: conſtitutio tamen talis Vicarij tenet ipſo iure modo ſi Clericus ſaltem in Minoribus conſtitutus; vnde & ab eo & cum eo facta valida cenſentur. Hæc ille & ex quibus manifeſtè apparet ipſum quoad Capitulum

Aſſertio 4. Gradum in Iure Canonico habiturum, & ſecus eligentes, vt grauius peccant.

Sayrum.